

Für den Papst bestimmte<sup>1)</sup> Beschwerdeschrift gegen die von NvK als Legat auf der Bamberger Diözesansynode am 3. Mai 1451 erlassene Konstitution im Streit zwischen Mendikanten und Pfarrklerus um Seelsorgerechte<sup>2)</sup> sowie gegen sein Mahnschreiben an die Trierer Bettelorden in derselben Sache und zu ihrer Reform im Allgemeinen.<sup>3)</sup>

Kopie (1. Jb.): MÜNCHEN, StB, Clm 26876 f. 6<sup>r</sup>-10<sup>v</sup>.

Erw.: Straganz, Geschichte 98-102; Koch, Umwelt 69; Hallauer, Mainzer Provinzialsynode 256; Sehi, Bettelorden 378f.; Mierau, Synoden als Ort 960f.

Quod constitucio facta per reverendissimum dominum Nycolaum de Chusa presbyterum cardinalem tituli sancti Petri ad vincula in partibus Alamannie legatum in synodo celebrata Bambergie sit inconvenienter posita, discurrendo per eius partes sic ostenditur.

In primis precipit, quod singulis ,dominicis quadragesime publicetur simpliciter, prout iacet tantum, 5 capitulum ,Omnis utriusque sexus“<sup>4)</sup> Quod ista constitucio quo ad hanc partem non sit conveniens, colligitur ex eo, quod deficit a condicionebus sive qualitatibus bone legis sive constitutionis.

Et primo, quia lex habere debet inter alias condiciones, quas ponit Ysidorus ,Libro Ethymologica-  
rum<sup>5)</sup>, et habentur transsumptive in capitulo ,Erit autem lex‘ di. 4<sup>6)</sup>, quod ait ,manifesta‘, id est clara. Unde Proverbium 6<sup>o</sup> dicitur: ,Lucerna est lex et mandatum lux<sup>7)</sup>. Clara quidem debet esse, ut inquit 10 Ysidorus, ,ne‘ scilicet ,per obscuritatem‘ captiose aliquid ,contineat<sup>8)</sup>; glossa: Id est, ,ne posset captiose interpretari, vel ne alicui laqueus paretur per eam<sup>9)</sup>. Prefata autem constitucio precipiens, quod capitulum ,Omnis utriusque sexus‘ simpliciter, prout iacet textus, tantum publicetur, non continet claritatem, sed magnam obscuritatem, si non exprimitur, quomodo in illo ,sacerdos proprius<sup>10)</sup> accipiatur, an scilicet pro solo plebano aut eciam pro omni eo, qui habet potestatem ordinariam, sicut est proprii 15 episcopi, legacionis, primarii, aut delegatam, sicut privilegiati; attento quod super hoc quidem orta fuit gravissima questio, unde non est dubium, quod sic nude et simpliciter publicatum id capitulum, maxime cum prohibetur, quod nulla declaracio ei adiungatur, quia simpliciter tantum textus publicari precipitur, poterit capciose interpretari et multis esse causa erroris, sicut alias fuit de Iohanne de Poliaco<sup>11)</sup> et

<sup>1)</sup> S. Z. 106, 111, 116.

<sup>2)</sup> Nr. 1267.

<sup>3)</sup> Nr. 1971.

<sup>4)</sup> Nr. 1267 Z. 14-18 zu COD 245 (Lateranum IV c. 21) = X 5,38.12, ed. Friedberg II 887f.

<sup>5)</sup> Isidor von Sevilla, Etymologiae V c. 21, ed. Canale I 398.

<sup>6)</sup> D. 4 c. 2, ed. Friedberg I 5.

<sup>7)</sup> Spr. 6,23.

<sup>8)</sup> D. 4 c. 2, ed. Friedberg I 5.

<sup>9)</sup> Glossa ordinaria ad D. 4 c. 2 s.v. ,Captione‘ unter Verweis auf C. 24 q. 1 c. 42.

<sup>10)</sup> COD 245 Z. 6. — Am 20. August 1452 gab Capistrano in Bamberg eine Erklärung über die Verständnisweisen von ,proprius sacerdos‘ ab (er zählt zwölf auf), die auf Ersuchen Friedrichs III. von der Universität Wien übernommen worden sei; Bonman, Provisional Calendar 344 Nr. 378, nach MÜNCHEN, StB, Clm 8180 (irrig. f. 202<sup>r</sup>-203<sup>v</sup>, richtig: f. 102<sup>r</sup>-103<sup>v</sup>, ebenso in BAMBERG, StB, Hs. Theol. 193 f. 148<sup>r</sup>-149<sup>v</sup>, 219 f. 40<sup>r</sup>-42<sup>v</sup> und 225 f. 194<sup>r</sup>-195<sup>v</sup>). Vgl. auch Chiappini, Produzione 191 Nr. 35; Hofer, Kapistran II 162. Wenngleich auf NvK bzw. auf Nr. 1267 kein Bezug genommen wird, dürfte das Stück in unseren Zusammenhang gehören.

<sup>11)</sup> Jean de Pouilly († nach 1321); vgl. J. Koch, Der Prozeß gegen den Magister Johannes de Poliaco und seine Vorgeschichte (1312-1321), in: Recherches de théologie ancienne et médiévale 5 (1933) 391-422 (= Koch, Kleine Schriften II 387-422). Dort 393 (389), „daß es sich um grundsätzlich verschiedene Ansichten über die potestas iurisdictionis in der Kirche, letztlich um einen verschiedenen Kirchenbegriff handelt.“ Vgl. auch L. Hödl, Der unfehlbare Lehrentscheid des Papstes im Prozeß gegen Johannes de Poliaco (1318-1321), in: Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie 47 (2000) 52-76.

domino Archmachano.<sup>12)</sup> Unde hic bene convenit, quod dicit apostolus 2<sup>a</sup> Cor. 3<sup>o</sup>: „Littera occidit,  
spiritus autem vivificat“.<sup>13)</sup>

20

2<sup>o</sup> Illa constitucio videtur inconvenienter posita, quia non videtur honestatem nec iustiam continere,  
cum videatur ordinari, ut retrahantur seculares a confessione fienda fratribus peccatorum suorum, quam  
semel in anno tantum facere consueverunt. Patet, quia cum seculares sive laici communiter sint simplices  
et non intelligent per „proprios sacerdotes“ nisi plebanos et non religiosos privilegiatos ipso facto, quod  
precipit capitulum „Omnis utriusque sexus“ simpliciter, prout textus iacet tantum, sine aliqua exposicione  
debita publicetur, videtur velle, quod excludantur ipsi religiosi a confessionibus audiendis, que com-  
muniter tantum semel in anno fiunt. De hoc ,ve, qui condunt leges iniquas“, dicit dominus per Ysaiam in  
capitulo x<sup>o</sup>.<sup>14)</sup>

3<sup>o</sup> constitucio prefata quo ad predictam partem est inconveniens, quoniam non fuit necessaria, que  
tamen est condicio bone legis. „Instante“ enim „necessitate“ lex „debet“ constitui, ut inquit glosa.<sup>15)</sup> Non  
fuit hic aliqua necessitas, ut institue(re)tur aut publicaretur prefatum capitulum „Omnis utriusque sexus“  
simpliciter et nude, prout iacet textus tantum. Ymmo propter errores ortos ex mala intelligencia prefati  
capituli, ubi fuisse consuetudo publicandi prefatum capitulum simpliciter tantum, prout iacet textus,  
debuit prohiberi, ne sine debita intelligencia publicaretur.

4<sup>o</sup> prefata constitucio non est conveniens, quia non videtur instituta pro communi utilitate populi  
christiani. Ymmo ex rationibus supra positis est nociva et onerosa, quia tantum pro privato commodo  
curatorum videtur instituta contra rationem bone legis.

Quinto huiusmodi inconveniencia constitutionis ostenditur in secunda parte eiusdem, ubi ait: „inhi-  
bentes insuper eadem auctoritate, ne quis“, exemptus vel non exemptus, quovismodo directe vel indirec-  
te, publice seu occulte quemquam ab observancia“, dicte constitutionis“, retrahere presumat“.<sup>16)</sup> Ista enim  
pars multum videtur irrationabilis, cum nec religioni conveniat nec discipline congruat nec saluti profi-  
ciat, quoniam si constitucio illa videtur male posita, utpote quia videtur scandalosa, occasio errorum  
multorum preiudicativa privilegiis aliorum, cur viri deum timentes et christiane religionis fidem zelantes  
non se opponant, cum dicatur in capitulo „Error“ 83 di.: „Error, cui non resistitur, approbatur, et veritas,  
cum minime defendatur, opprimitur.“<sup>17)</sup>

45

Item constitucio prefata videtur inconvenienter posita in alia parte, in qua dicit: Sic ut „illi“, sic „qui suo  
sacerdoti, a quo sacramentum eukaristie suspicere tenetur aut alteri de licencia eiusdem saltem semel in  
anno non confiteatur“.<sup>18)</sup> Ista videtur multum capciose posita. Habet enim plures difficultates. Si enim  
querendum sit, quem vocat „suum“ sacerdotem, nam cum „suus“ et „proprius“ equipolleat, qui confitetur  
pape aut episcopo, confitetur suo sacerdoti, quoniam suo pastori, nisi quis vellet incidere in errorem  
dicencium, quod papa non sit immediatus pastor parrochianorum, sed tantum plebanus. Item non modo  
papa et episcopi, sed eciam ipsi, quibus facultatem committunt audiendi confessiones, sunt eciam sui, id  
est, proprii sacerdotes eorum, qui eis confitentur, cum non sint alieni. Ceterum cum dicit, quod „a suo  
sacerdote“, quem vocat plebanum, quod parochianus „tenetur suspicere sacramentum eukaristie“,<sup>19)</sup> si  
intelligit de necessitate, suum est, quoniam cum quis recipit de manu pape aut legati aut episcopi aut  
alicuius, qui super hoc habent licenciam aliquibus dandi sacramentum eukaristie in pascha, non tenentur  
amplius illo anno suspicere a plebano, ut est manifestum. Et quamvis docet amplius, cum ait, quod  
„semel in anno suo sacerdoti“, quem plebanum intelligit, „aut alteri de licencia“ sua „saltem in anno confite-  
atur“,<sup>20)</sup> si intelligit hoc eciam de confessis fratribus privilegiatis, quod illi adhuc tenentur confiteri

<sup>12)</sup> Richard Fitz Ralph, Eb. von Armagh († 1360), Verfasser einer „Defensio curatorum“, die er 1357 in Avignon Papst Innozenz VI. vortrug. Zur Person s. T. F. Dolan, in: LexMA IV (1987) 506f; F. Wöhrer, in: BBKL VIII (1994) 218-221.

<sup>13)</sup> 2 Kor. 3,6.

<sup>14)</sup> Jes. 10,1.

<sup>15)</sup> Glossa ordinaria ad D. 4 c. 2 s.v. „Necessaria“: quia nonnisi instantे necessitate ius statui debet, ut XXIX  
di. „Regule“ (D. 29 c. 2).

<sup>16)</sup> Z. 18-25.

<sup>17)</sup> D. 83 c. 3, ed. Friedberg I 293f.

<sup>18)</sup> Z. 21-23.

<sup>19)</sup> Z. 21f.

<sup>20)</sup> Z. 21-23.

60 peccata sua plebano saltem semel in anno, hoc non videtur verum tamen. Primo, quia contra rationem et omne ius esse videtur, quod confessi fratribus de licencia pape aut episcoporum plus teneantur iterum confiteri peccata sua plebano quam confessi aliis sacerdotibus de licencia plebani, cum 2°, quoniam Iohannes xxii<sup>us</sup> in Extravaganti que incipit ‚Vas electionis<sup>21)</sup> contra Iohannem de Poliaco talia asserentem et predicanter reprobat hoc tamquam erroneum sic dicentes: ‚Ideoque ne per assercionem‘ predic-  
65 tam ‚predicacionem et doctrinam huiusmodi in errorem, quod absit, anime simplicium prolabantur, omnes‘ predictos ‚articulos et quemlibet eorum tamquam falsos et erroneos et a doctrina sana devios auctoritate apostolica dampnamus et reprobamus, de fratum dictorum consilio doctrinam‘ ipsam ‚contrariam veram esse et katholicam asserentes, cum illi, qui predictis fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata confiteri, quam si alias illa confessi fuissent proprio sacerdoti iuxta concilium  
70 generale.‘ Hec ille. Item ad hec est Clementina ‚Dudum<sup>22)</sup> que prefata est in concilio eciam generali, ubi inquit papa: ‚Nos exnunc ipsis, ut confessiones sibi confiteri volencium libere liciteque audire valeant eisque penitencias imponere salutares atque eisdem beneficum absolucionis impertiri.‘ Ubi super verbo ‚libere‘ Iohannes Andree dicit sic in glosa ‚Libere‘: ‚Notatur quod non est necesse licenciam sacerdotis parochialis habere<sup>23)</sup> Item super verbo ‚impertiri‘ dicit sic: ‚Absoluti ergo non habebunt necesse  
75 ulterior confiteri proprio sacerdoti. Nec obstat Decretalis ‚Omnis utriusque sexus‘ in principio ‚De penitentiis et remissionibus‘, que intelligitur de illo, qui alteri legittime confessus non est.‘ Et hec ille.<sup>24)</sup>

Item constitucio illa circa illud, quod ait: ‚direkte vel indirekte‘, retrahere presumat<sup>25)</sup>, est valde perplexa fratribus et periculosa veritati fidei. Nam si fratres privilegiati interrogentur, an confessi eis iuxta formam Clementine ‚Dudum‘ teneantur eadem peccata confiteri plebano, si dicant iuxta veritatem, quod non, videntur indirekte retrahere fideles a confessione fienda semel saltem in anno plebano et ita incurrisse penas prefate constitutionis. Si dicant, quod tenentur iterum confiteri, dicent contra veritatem catholicam.<sup>26)</sup> Si iacent, videbuntur dubitare in materia fidei iam per ecclesiam determinata, quorum utrumque est inconvenientissimum. Unde constitucio in hac parte est valde periculosa.

Item constitucio illa in illa parte, ubi ait, quod ‚fratres de ordine Mendicantium modo, quo in Clementina ponitur, presentati et per episcopum admissi‘, veraciter absolvunt<sup>27)</sup>, est incompleta et nunquam satisfacit questionibus exortis inter plebanum Nurenbergensem<sup>28)</sup> et religiosos prefatos, quas volebat, ut dicit idem dominus, extinguere, cum non dicat, nisi quod fratres veraciter absolvunt. Debuit enim addere, quod ita veraciter, ut illi, qui fratribus confitentur, non magis teneantur eadem peccata iterum

<sup>21)</sup> *Extrav. comm. 5.3.2, ed. Friedberg II 129f.*

<sup>22)</sup> *Clem. 3.7.2, ed. Friedberg II 1161-1164. Verkündung auf dem Konzil von Vienne.*

<sup>23)</sup> *Johannes Andreae, ad Clem. 3.7.2 s.v. ‚Libere‘, Venedig 1482, f. 44v, gestützt auf VT 3.4.28 und mit Verweis auf die gegenteilige Meinung des Iohannes Monachus (cuius contrarium videtur hic velle Jo. Mo.) Gemeint ist die Glosse zur Extravagante ‚Super cathedram‘ Bonifaz VIII. von 1300 II 18, in der Iohannes Monachus im Gegensatz zu dessen Zeitgenossen und juristischen Konkurrenten Iohannes Andreae, die Position der Weltkleriker einnahm. Der Text ist jetzt ediert bei L. Höndl, *Der Kommentar des Kardinals Iohannes Monachus zur Dekretale Super cathedram des Papstes Bonifatius VIII. (18. Februar 1300)*, in: *Revue Mabillon N.S. 16 (2005) 133-178*; zur zeitgenössischen Debatte s. auch Höndl, *Glosse des Iohannes Monachus*.*

<sup>24)</sup> *Johannes Andreae fährt fort: ut dicebat Benedictus in constitutione ‚Inter cunctas‘ (= *Extrav. comm. 5.7.1*). Et vide quod scripsi post Hostiensem in capitulo ‚Omnis‘ super verbo ‚proprio‘. Zit. nach Venedig 1482. Vgl. auch Nr. 2727 Anm. 35.*

<sup>25)</sup> Z. 20-25.

<sup>26)</sup> Damit ist das Kernproblem des Mendikantenstreits angesprochen. Während die Weltpriester an dem aus dem Kanon ‚Omnis utriusque sexus‘ folgenden Gebot zur jährlichen Beichte aller Sünden beim zuständigen Ortspfarrer, auch der bereits beim Mendikantenpriester gebeichteten Sünden, festhielt, hielt die Mendikantenpartei eine Pflicht zur erneuten Beichte bereits gültig absolvierten Sünden aus sakramentaltheologischer Sicht für unhaltbar. Diese Auffassung wurde von dem aus dem Dominikanerorden stammenden Papst Benedikt XI. durch die Konstitution ‚Inter cunctas‘ (1304 II 17) übernommen, welche jedoch auf dem Viennense 1312 von Clemens V. durch die Restitution der Bulle ‚Super cathedram‘ in der Clementine ‚Dudum‘ (Clem. 3.7.2) wieder kassiert wurde. Dennoch hielt die einflussreiche Glosse des Iohannes Andreae zur Clementine ‚Dudum‘ an der mendikantenfreundlichen Position fest. Zur Diskussion vgl. Höndl, *Der unfehlbare Lebrentscheid (s.o. Anm. 11)*.

<sup>27)</sup> Z. 29-31.

<sup>28)</sup> Heinrich Leubing.

confiteri, quam si alias illa confessi fuissent suo plebano, ut diffinivit Iohannes 22<sup>us</sup>. Et ita cessassent scandala illa.

90

Item constitucio prefata non videtur convenienter posita, sed est in magnum gravamen fratrum, ubi consequenter mandatur, ,quod in prima dominica quadragesime omni anno<sup>c</sup> in Bamberg<sup>a</sup><sup>29)</sup> et ,deinceps per principalia loca tocius sue dyocesis<sup>30)</sup>, in communitate nominatim fratres ad confessiones audiendas, nunquam aliis temporibus anni eciam presentantur fratres dominis episcopis quam ante quadragesimam, utpote cum mortuis aut recentibus aliquibus de conventu alias presentatis alii presentantur ad numerum necessarium. Et ita cum isti non possent nominari in prima dominica quadragesime, non possent audire confessiones per annum secundum illam constitutionem. Ceterum Clementina ,Dudum<sup>d</sup> non artat fratres ad aliquod tempus presentandi, sicut facit iste dominus. Posito aliquid est utile, quod nominatim explicitur populo fratres admissi in conventibus Mendicancium, videtur velle onerare populum fidelem, ut quilibet fidelis teneatur scire nomina omnium fratrum, qui audiunt confessiones de 100 omnibus ordinibus Mendicancium, quod videtur frivolum.

Item cum ait, ,casus sibi reservatos<sup>e</sup> debeat ,publicare populo, et in quibus sibi reservatis auctoritatem dedit absolvendi,<sup>31)</sup> est constitucio illa capciose posita, quia videtur in fraudem potestatis dare fratribus, que tanta est, ut patet in Clementina ,Dudum<sup>f</sup>, quantum de omni iure habent curati. Videtur enim confirmare opinionem quorundam male dicencium, quod episcopus reservando casus ad voluntatem 105 posset artare et minuere potestatem predictam datam a papa fratribus, quod alii doctores impugnant, cum inferior non possit restringere potestatem datam a superiore. Et hec, beatissime pater, per finitorem et breviter pro nunc tantum dixisse volumus sperantes, quod non sit opus apud sapientissimam s.v. multa ad hanc partem pro ostendenda iniusticia et dishonestate prefate constitutionis inducere. Nichilominus tamen, ubi ex adverso aliquis illam tamquam convenientem defendere vellet, nos plura parati 110 sumus addere.

Preterea, beatissime pater, conquerimur de domino legato, qui pro religiosis non fuit visus legatus pacis,<sup>32)</sup> sed hostis. Quod maxime patet ex una littera, quam misit fratribus Mendicantibus in Treveri existentibus, cuius copia originalis habetur apud nos hic.<sup>33)</sup> In qua primo dicit sic: ,Infra primam dominicam quadragesime proxime vocatis superioribus vestris et eciam admissis deputatis per reverendissimum 115 dominum archiepiscopum et cives Treverenses pro testibus, lecta regula et professione<sup>g</sup> etc. Ecce, p. beatissime, iste dominus vult et disponit, quod religiosi regulam suam et professionem etc. instituta, que sunt varia, videlicet de cibo et potu, dormitorio, rasura, silencio, de vestibus, de penitenciis et multis aliis variis, proponantur coram clericis et laycis ad finem, ut cum viderint, quod in aliquo vel aliquibus religiosi deficiantur, reperirentur mali aut probate vite, cum tamen multa in regula sint et constitutionibus, que 120 sunt levia, ymo apud aliquos religiosos constitutiones non obligant ad culpam et sunt in manu prelati per dispensacionem, et nichilominus qui uterentur dispensacione, reputabuntur reprobe vite apud laycos, qui de facili scandalizantur eciam de minimis in fratribus, maxime eciam cum nesciant distinguere inter ea, que sunt precepta et que non, nec habent eciam noticiam, in quibus dispensatum est cum eis et in quibus non. Miramur, si dominus prefatus reverendissimus credit hoc ad reformacionem facere. Quare eciam 125 non precepit legere coram laycis, ut essent testes, que episcopi aut clerici seculares habent observare, ut reputentur probate vite, videlicet decreta et decretales, in quibus regula vivendi eorum describitur? Et maxime illa apostolica ,In Titum<sup>h</sup> primo: ,Oportet episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, non superbum, non iracundum, non violentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectantem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut possit exhortari in doctrina sana<sup>i</sup> etc.<sup>34)</sup> Sed dominus reverendissimus noluit nisi contra pauperes religiosos, quos videbitur odio habere, procedere.

94 alias: folgt getilgt partibus anni.

<sup>29)</sup> in Bamberg fehlt in der gesamten bisher bekannten Überlieferung von Nr. 1267, ist aber dort in Z. 39 nach anno mit Sicherheit zu ergänzen.

<sup>30)</sup> Z. 39f.

<sup>31)</sup> Z. 42f.

<sup>32)</sup> S.o. Nr. 1236 Anm. 6.

<sup>33)</sup> Nr. 1971.

<sup>34)</sup> Tit. I,7-9.

Item consequenter in prefata littera ponit: ,Quo vero ad singularia statuta ordinum agatis, ut quo ad abstinentiam in esu carnium excepta necessitate, debilitate, infirmitate reperiamini stricioris observantie quam canonici regulares, sicut esse teneamini secundum statuta vestra. Quod si sic feceritis, arbitramur vos probate vite iuxta Clementinam<sup>35)</sup>, Dudum<sup>36)</sup>. Ista pars littere videtur multum gravare religiosos, tamen primo in eo, quod ipse dominus non arbitratur religiosos probate vite nisi eos, qui ad unguem observant regulam et instituta sua, non distinguens inter substantialis religionis<sup>37)</sup> et alia statuta, quorum transgressiones non inducunt culpam, sed penam tantum, sicut videtur eciam de commestione carnium.

Tum 2°, quia publicat generaliter fratres non servare regularem vitam quo ad substancialia, contra nos nichil est sibi probatum, et ita dampnat pro magna parte statum religiosorum, qui omnes probate vite sunt habendi, nisi eis contrarium probetur. Unde Innocencius 3<sup>us</sup> in c. ,Dudum‘,de presumptionibus<sup>37)</sup> dicit, ,quod quilibet presumatur ydoneus, nisi in contrarium ostendatur‘. Tum 3°, quia inducit Clementinam ,Dudum‘ pro se. Ait quod Clementina intelligat eos solos comprobate vite, qui sunt regularis vite.<sup>38)</sup>

In qua parte salva pace reverendissimi domini cardinalis non recte interpretatur Clementinam illam, cum de hoc nulla fiat mencio in textu nec in glosa nec per doctores.

Item consequenter dicit in prefata littera: Et non,<sup>39)</sup> ut reverendissimus archiepiscopus non possit vos tanquam non probate vite repellere ab audiencia confessionum et predicacione quo ad populum‘, ,ostendite vos iam infra dictum terminum per facti evidenciam professionem secundum regulam vestram observare<sup>40)</sup>. In hac parte multum gravat religiosos. Primo in hoc, quod iudicium, an sint probate vite presentandi, quod apostolica sedes in Clementina ,Dudum‘ dat prelatis ordinum,<sup>41)</sup> prefatus dominus tribuit archiepiscopo Treverensi, sicut alias idem dominus in statuto Colonie per eum facto similiter ordinavit.<sup>42)</sup> 2° in hoc, quod iudicium probate vite dent sive per facti evidenciam ex observacione vite regularis. Hoc enim est valde durum et difficile ad cognoscendum, quia sepe presentantur fratres optimi dominis prelatis, de quibus prius numquam habuerunt noticiam, sed tantum testimonio superiorum ordinum recipiuntur.

Item consequenter in predicta littera ponit: ,Ne, si non feceritis, non solum non admittamini, sed eciam populum contingat avisari, ne decipiatur.<sup>43)</sup> Ista duo proculdubio sunt valde periculose dicta, et sunt preiudicativa multum honori fratrum. Primo in hoc, quod dicit, quod nisi fratres ,per facti evidenciā‘, ,ostendant‘ se ,servare regulam‘. Nam non admittantur ad confessiones et predicaciones. Tum 2° Clementina ,Dudum‘ a papa in universal concilio facta non gravat sic religiosos. Non enim dicit, quod non admittantur, si non fuerint probate vite. Sed solum Clementina dicit, quod ,prefati magistri, priores, provinciales eligere studeant personas sufficientes ydoneas vita probatas‘. Hoc verbum ,studeant‘ non est sonans condicionem, sed monitionem nec admonitionem cum decreto irritante.<sup>44)</sup> Unde dato, quod presentatus non sit usque quaque talis, non propter hoc debet non admitti. Unde in capitulo ,Dudum‘, extra ,de presumptionibus<sup>45)</sup> ubi dicit Innocencius super eo, quod impositum fuit cuidam, cui precepit provideri de uno beneficio, quod non erat ydoneus, papa detrahatur, quod non obstante oppositione debet admitti, nec illum, cui appositum est, necessitas aliqua cogit ad probandum se esse ydoneum, nisi contrarium probetur. Propter hoc eciam, si minus ydoneus sit, nichilominus tenet promissio.

150 iudicium: *eindeutig* indicium.

<sup>35)</sup> Nr. 1971 Z. 6-10.

<sup>36)</sup> S.o. Nr. 2720 Anm. 8.

<sup>37)</sup> X 2,23,16, ed. Friedberg II 358f.

<sup>38)</sup> Nr. 1971 Z. 9f.

<sup>39)</sup> Statt et non heißt es in Nr. 1971 hier sinnvoller Ideo. Vielleicht liegt ein bloßes Kopistenverschaffen vor. Allenfalls wäre die Passage so zu verstehen: „Denkt nur ja nicht ....! Deshalb zeigt ...“

<sup>40)</sup> Nr. 1971 Z. 10-13.

<sup>41)</sup> S.u. Z. 16fj.

<sup>42)</sup> Nr. 2343 Z. 119-137.

<sup>43)</sup> Nr. 1971 Z. 13-15.

<sup>44)</sup> Zu dieser Rechtsfigur allgemein F. Merzbacher, Zur Rechtsgeschichte der ,lex irritans‘, in: *Ius sacrum. Festschrift Klaus Mörsdorf, München u.a. 1969*, 101-110.

<sup>45)</sup> X 2,23,16, ed. Friedberg II 358f.

Pariter plus admirantur fratres de ultimo prefate epistole verbo, ubi dicit: „Sed populum contingat 170 avisari, ne decipiatur“.<sup>46)</sup> Et hic videtur prefatus dominus innuere, quod si fratres per facti evidenciam non ostendant se observare regulam, desint probate vite, sicut ipse dominus interpretatur; non possint habere potestatem absolvendi, quia alias in audiencia confessionum deciperetur populus per eos. Quantus sit iste error quamque intollerabilis in ecclesia et quam pluries sit dampnatus, notum est.<sup>47)</sup> Patet eciam ex forma Clementine, ut deductum est falsitas. Et hec omnium via prefati domini legati, quam 175 observat contra religiosos, quos facit in repressione transire ad alios status ecclesiasticos, satis potest intelligi, quoniam ubique sunt peccatores et multi vocati, pauci vero electi.<sup>48)</sup> Et ut dicit Gregorius: „Multi sacerdotes“ et „pauci sacerdotes“;<sup>49)</sup> et hec nos dixisse sufficiat, ne videamur vice quorumque detrahere.

---

173 confessionum: *folgt* non. 176 quos: quam.

---

<sup>46)</sup> Nr. 1971 Z. 14f.

<sup>47)</sup> S.o Nr. 2720 Anm. 8.

<sup>48)</sup> Mt. 22,14.

<sup>49)</sup> Wohl nach Gregor der Große, *Homiliae in Evangelia XVII 3*; ed. Migne, in: PL LXXVI 1139; ed. R. Étaix (CCSL 141), Turnhout 1999, 113: Iam messis multa, sed operarii pauci, quod sine gravi maerore loqui non possumus, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde inuenitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implemus.